

*Resur-
rectionis*

*Ascen-
sonis.*

*Schola
Christi.*

202. *De quinq. charit.operibus, CAP. 26.*
testatum se esse patrem nostrum. Sextum Victoria de omnibus hostibus. Septimum Beatitudinis vitæque æternæ recuperatio. IV. Resurrectionem; quæ nobis spem firmissimā facit cum corporalis post hanc vitam Resurrectionis, tum spiritualis, per quam Dei gratia & virtute vitæ Christi ex morte spirituali ad vitam in Christo spiritualliter resuscitamus. V. Ascensionem, quæ est velut fastigium & ultima linea æternæ nostræ salutis, justitiæ & beatitudinis. Atq; hæc quinq; opera charitatis Christi, sunt Schola Christiana, quam assiduo frequentare, cujusque acroases nunquam ex memoria dele-re oportet.

CAPUT XXVI.

DE QUINQUE PRÆCIPUIS DIVINÆ CHARITATIS OPERIBUS, IN QUIBUS EXIMIÆ DEI GRATIA & BENIGNITAS ELUCET.

Psal. 87. *Dominus diligit portas Sion super omnia tabernacula Jacob.*

Quinque sunt præcipua divinæ charitatis opera sive argumenta, quæ hoc capite aggredimur explicare. I. Incarnatio. II. Passio. III. Dei in-